Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26544
Copyright: Admont, Benediktinerstift



37

habere ppetuum. hunc sequitur timor filialis. qui et succedere karitate nascitur. ut ipsum timere ne quid aliud sit. quam degustatum in karitate bonitatem nolle amittere. et hic quidem timor aliquid pene adhuc tui habet. dum in incerto ambulamus. et potest adhuc ~~partem~~ intimus partem declinare statu ut mutabilis. Si cum mutabilitas nulla erit. tunc nulla erit sed in certo suspicionis pena inerit. et tunc timor quodammodo sine timore erit. ubi et stabilitate certi erimus. et tamen reverentia creatori exhibere non desistemus ~~debemus~~.

Gemina De karitate;

Nobis scriptura sacra karitatem commendat. dei videlicet et primi. Karitatem dei ut sic ipsum diligamus. ut in ipso gaudeamus. Karitatem primi. ut sic ipsum diligamus. non ut in ipso. sed cum ipso in deo gaudeamus. hoc. e. ut ~~in deo gaudeamus~~ + deum diligamus ppter seipsum. primum autem propter deum. Deus autem idcirco propter se ipsum diligendus. est. quia ipse